

Veni huc Seri mane eo animo, ut si mihi decedi locus esset, postularer ^{tertium} ~~quartum~~ Canon omnino omitteri, quod cum superfluum, et minime necessarium iudicabam. Cum vero Ill^m Dominum meum Car^l^{em} audierim valde commotus sum, non solum auctoritas viri omni dignitate prestantissimi, sed etiam iudicium hominis unius omnium doctissimi, et sanctissimi efficit, ut penè sententiam mutarem. quod idem multis ex patribus contigisse existimo, qui forte, nisi ille dixisset, aliam sententiam sequuti fuissent. Ego vero et si certus sum ab illius summi viri, et tot prestantissimorum Virum auctoritate non discedere, tamen quoniam mihi nondum penitus omnis dubitatio sublata est, et ob tarditatem ingenij meae rationes, quibus Canon stabilitur non plane assequor, ideo ea proferam, quae me ad huc sollicitum reddunt, et faciunt, ut nondum satis constituerim an Canonem amplecti debeam. Potissima autem ratio qua moueor ad dubitandum haec est. quoniam omnes Canones, qui à 5^{ta} Synodo prodire debent, aduersus aliquam propriam ac certam Heresim diriguntur, sic vero Canon nullam propriam ac peculiarem Heresim attingit. quod ita ostendit. Nam cum Eucharistiam duobus modis considerare possimus, uno modo in se quatenus sacramentum quoddam est extra usum positum, hoc n. precipuum et peculiare habet hoc sanctissimum sacramentum, alio modo quatenus sumitur, de utroque Hereses fuerunt, Nam Lutherani conversionem in Corpus et sanguinem Christi negant sacramentarij omnes praeterea figuram tantum esse statuunt. Aduersus huiusmodi Hereses est Canon 1^{us} et 2^{us} Cone. Tridentini. De sumptione fuit etiam Heresis Lutheranorum affirmantium Christum esse in Hostia dum sumitur, et in usu, contra quos statuit Canon 4. Si quis dixerit per aeternam consecrationem in admirabili Eucharisticae sacramento non esse corpus et sanguinem Domini, sed tantum in usu, dum sumitur, non autem ante vel post. Anathema sit.

Pret' Lutherus illa verba de sumptione totius Christi institutionis proferre non ut nouam Heresim condant, sed ut reflectat con' nos argumentum,

et potius obiter et ad hominem argumentatur. quod ut perspicuum fiat
afferam uerba sua quae haec sunt. Eiusdem sapientiae sunt palestrinae rñes
quas pro stabilienda altera specie uelut ebrii somniant. s. quod laici possent
credere in altera specie non tantum accipi, quantum sub utraque, quod esset ma-
gnum periculum. Quasi uero non et clerici eodem periculo sic credere possent
ut illis merito et altera species adinenda fuerit. Quid si ego con' sententiam
me non accipere tantum altera, quantum utraque, quia non totam Christi institu-
tionem sed dimidiatam accipio. Quasi dicat Lutherus, uos omnino prohibetis
Laicos communicari sub utraque, ne credant minus contineri sub una, ego autem dico
quod si unam speciem tantum sumpsero, credam minus contineri sub ea, eo quod
non totam Christi institutionem accipio.

Non obstat quod aliud sit continentia, aliud sumptio ualeat hoc argumentum,
continentia et sumptio differunt, ergo diversi Canones formandi sunt de utraque.
An diuersitas sufficit, ut diuersi Canones formantur? Scio. n. quod differunt
et unum sine alio intelligitur, et unum, non est aliud. num propterea necess-
est fieri nouos canones? si nulla est heresis quae de sumptione noua et
falsa opinetur?

De corollario. s. quod inferitur ex illo Canone dicitur quod tunc est corollarium
quod in conclusione aliquid uirtute, potentia, potestate continetur, deo elicitur
ratione et consequentia quadam. Sed quod aliquid expresse, formaliter
explicitè continetur in aliquo, non elicitur ex illo corollarium. De exem-
plum. Deceuerunt Patres quod uere reata, subter continetur totus
Christus in Eucharistia, corollarium est, ergo adorandus, ergo circumges-
tus, ergo festum celebrandum de ea, sed contra, quod corollarium est
continetur tantum sub una, quantum sub utraque specie, ergo tantum circum-
fertur sub una quantum sub utraque specie, ergo tantum quiescit, ergo
tantum mouetur? ista non sunt corollaria, sed formaliter comprehen-
duntur sub continentia. ita etiam sumptio, quia si continetur sumitur

¶ Theologi semper de 2^o sensu intellexerunt, ergo si daretur
tertius sensus, iterum audiendi essent quia Canon non respondet exami-
ni, neq; articulo. si dicatur non, quia facile apparet. et ego dicam
propter istam ipsam causam non esse faciendum Canonem quia facile
educitur ex declaratis.

¶ Tale uerba Lutseri sunt ambigua et uerificari possunt tam de re con-
tenta, quam de fructu, ergo et Canon respondens illis uerbis. Canon
igitur si manebit saltem in hac forma dabit ansam ut intelligatur
de fructu et gra. quem sensum uitare debemus.

